ego me nescire confiteor. Egres
sus discipulus dixit ad anachoritam.
Senex iste nescit. non uult de altiori
bus questionibus loqui. sed siquis ei
de passionibus loquutus fuerit
respondet illi. At ille compunctus
in hoc sermone. ingressus ad se
nem dixit. Quid faciam abba
quia passiones corporis mei do
minantur michi. Tunc senex respon
dens gaudens et dixit ei. Modo
bene uenisti pater. Aperi ergo os
meum et imple illud bonis tu
is. Ex hoc sermone unificatus
iuuatusque anachorita dixit ei.
In ueritate bona est hec uia quam
tenes. et uera. Et agens semper gratias
reuersus est in propriam regionem.

Quidam senex dixit. Si quis
tecum aut de scripturis
aut de quacumque causa pro
loquutus fuerit ne contendas cum
eo. Si bene dixit consenti ei. Si
uero male dic illi. Tu scis quid loque
ris. Hec enim obseruas cum humili
tate te semper agnoscas et requiem
possidebis. Nam si persistas con
tendens. et uis defendere sermo
nem tuum. nascitur inde scanda
lum. De quacumque ergo causa si
non obseruaueris contentionem.
nullo modo requiem possidebis.

Quidam frater interrogauit
senem dicens. Usquequo obseruan
dum silencium pater. Respon
dit senex. Usquequo interrogeris.
In omni enim loco si taciturnus
fueris requiem possidebis.

Quidam senex dicebat. Sicut
apis uadit et mel operatur.
ita et monachus. quecum
que agit si propter opus dei agit dul
cedinem bonorum operum pater
semper reficere.

Dixit quidam senex interro
ganti fratri de meritis ua
gatione. Ita roga deum ut
det luctum in corde tuo et humi
litatem. et intende semper peccata
tua. et non iudices alios: sed esto
subiectus omnibus. et ne habeas
amicicias cum muliere. neque cum
hereticis. et abscinde a te fiduci
am propriam. et tene linguam tuam et
uentrem. et abstine te a uicio.
et tunc mens tua pacifica e
rit. et quieta. Explicit secunda
pars. Incipit pars tercia.

Sunt preterea quedam
ipso egypti
orum habitu.
non tantum
ad curam
corporis.
quantum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_179/0240
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG